ioſeph fideliter ſe habuit in ꝯſilio qđ dedit pharaoni per qđ etiā famem euaſit. Geñ. xlj. Uiri dauid dixerūt ei. fidele ꝯſilium ꝙ ipſe nō exiret cum eis ad pꝛelium dicētes Non exibis. qꝛ tu vnus pꝛo decem milibꝰ ꝯputaberis. ij. Reg. xviij. Secūda vice iurauerant viri dauid dicētes Jam nō egredieris nobiſcū in bellum ne extinguat᷑ lucerna in iſrael. ij. Reg. xxj. Diſcrete ⁊ fidele ꝯſilium dederūt quidam de aſia paulo ne ſederet in theatro. Actu. xix.

Fidelitas ſeruāda eſt in ꝓmiſſo vt homo ex pacto id qđ libere ꝓmittit obſeruet fideliter. Sic raab fideliter ſe habuit cum exploratoꝛibus quos ſaluare ꝓmiſit. Joſue ſecūdo. Joſue etiaꝫ fideliter habuit ſe ad eam ſaluando. ſicut exploratores ꝓmiſerūt Joſue. vj. Quāuis gabaonite fefelliſſent ioſue ⁊ ꝑplm eius. tamen ioſue pacta ⁊ iuramenta facta cum eis fideliter ſeruauit. Joſue. octauo alias. ix. alias. x.

De filijs erudiendis.

Filij inſtruendi ſunt a parentibus

Cum reuerentia deū timere.

Summa decētia mala cauere.

Cum cōplacentia mores habere.

Jllij inſtruendi ſunt primo ⁊ āte omnia ad diligendū deum ⁊ reuerenduꝫ. qđ ſi nō faciūt ſepe contigit ꝙ tales pueri mala moꝛte moꝛiunt᷑. Nam quia filius mulieris iſrahelitice quem habuerat de viro egyptio fuerat male inſtructus a parētibꝰ. p̄fatus itaqꝫ ſpurius filius mulieris iſrahelitice blaſphemauit ⁊ ex p̄cepto dñi lapidatꝰ fuit. Leui. xxiiij. Pꝛecepit dñs filijs iſrael vt docerent filios ſuos magnalia que fecit eis vt eū magis honoꝛarēt. Deuterono. vndecīo. Sollicitꝰ ſ erat Job de filijs ne foꝛte deum

offenderet. ideo ꝓ eis quoti
die ſacrificium offerebat om
nibꝫ parentibꝫ in exemplum
Job. j. Mater ſeptem fratrū
machabeoꝝ mirabiliter īſtru
ebat filios ſuos in hijs que
ad deum erant. ij. Mach. v-
ij. Filij inſtruendi corrigē
di ꝛ corripiendi ſunt a ꝑenti
bus de vicijs que ꝯmittunt.
Sic iacob īcrepabat ioſeph
filium ſuum reuelantē ſom
nia de ſuperbia ꝛ ambitione
per quam videbatˀ velle patri
ꝛ matri ꝛ fratribꝫ dominari.
Geñ. xxxvij. Arguebat Ja-
cob filios ſuos de negligētia
dicens quare negligitis Ge
neſis. xlij. Quia negligēter
heli corripuit filios ipſe ꝛ ip
ſi grauiter ſunt puniti. j. Re
gum. iiij. Contumax filius ꝛ
ſuperbus qui ꝓpter patris im
periū nō dimittit peccata pre
cipitˀ a domīo lapidari. Deu
tero. xxj. Adonias qui nō fu
it correptus a patre volēs ſu
ꝑbe regnare. fuit a fratre ſuo
ſalomone occiſus. iij. Regū
.ij. Filij erudiendi ſunt ꝛ
docendi operari bonos mo-
res ꝛ virtutes Sic dauid ap
ꝓpinquās ad mortem inſtru
xit filium ſuum ſalomonē de
regimine bono. j. Paralipo.
xxviij. In tempore debet
pater filium inſtruere bona a
gere. Nam thobias docuit fi
lium ſuū ab infantia Thob.
.j. ꝛ poſtea in iuuētute. Tho
bi. iiij Poſtea in morte Tho
bie. xiiij. Parentes multum
debent inſtruere filias quādo
matrimonio copulantur. ſic
parentes ſare monuerunt eā
honorare ſocerū. diligere ma
ritum. gubernare domum. et
regere familiam ꝛ ſeipſam ir
reprehenſibilē exhibere Tho
bie. x. Quia parentes ſuſan-
ne iuſti erant. ideo inſtruxerūt
filiam ſuam iuxta legem mo
yſi que poſtea noluit adulte-
rio ꝯſentire. Danie. xiij. Ma
thathias īſtruxit filios ſuos
dans eis vnum in ducem. et
alium in ꝯſiliatorem omnibꝫ
nobilibus in exemplum. pri
mi Machabeorum ſecundo
capitulo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf